Hic Liber | *Agit* | *1. De Statu Libertinitatis, qui Conſtituitur. v. pag. præc. Amplificatur à Principe per*

Dationem Juris geſtandi aureos annulos. v. pag. præc.

Tit. 11. De Natalibus Reſtituendis.

Natalium Reſtitutionem, qua, conſentiente Patrono, libertus iis natalibus reſtituitur, in quibus ab initio omnes homines fuerunt. *l. 5. l. 2. ff. h. Hæc* à Principe impetrata. *a. N. 78. c. 1. 2. Pleniſſimam Ingenuitatem tribuit*, & Jus Patroni penitus extingvit. *l. 3. ff.* dum reſtitutus maculam ſervitutis nunquam ſuſtinuiſſe fingitur. *l. 5. §. f. ff. h.* Unde reverentiæ debitum. *l. 10. §. 3. ff. d. in jus voc.* & ſuccedendi jus quoque perit. *l. 2. ff. h.* Dn. Swend. *ad h. t. §. 6.*

2. De Controverſiis Præjudicialibus, quæ Ventilantur per Actiones Præjudiciales

Tit. 12. De Liberali Cauſa.

Ex Jure Perſonarum deſcendentes. *a. l. 1. §. 2. ff. d. R. V. l. 7. §. f. ff. h.* Hahn. *ad Wes. h. t. verb. appellantur.* quibus *h. l.* ad Servitutem vel Libertatem, eamque vel Ingenuitatem vel Libertinitatem aſſerendam te[n]ditur. *l. f. ff. ſi ingen. eſſ. dic. l. 39. ff. h. l. 32. §. 7. ff. d. recept. qui arb.* Fungitur autem Partibus Actoris, qui Statum certum affirmat, quando adverſarius eſt in contraria poſſesſione. *l. 7. §. f. ff. h.*

Coram Magiſtratibus Majoribus. *l. 32. §. 7. ff. d. recept. qui arb.*

Tit. 13. Quibus ad Libertatem proclamare non licet.

Ubi notandum reſp. | *Actoris, quod*

Prohibetur Agere pro libertate aſſerenda *is, cui ad Libertatem proclamare non licet.* e. g. qui pretii participandi gratia ſe venundari paſſus eſt. *l. 1. l. 4. ff. h.*

Tit. 14. Si Ingenuus eſſe dicatur.

Conceditur Ingenuitatem Aſſerere vel Directè: ut ſi quis inſtrumenta ingenuitatis ſe reperiſſe asſeveret. *l. 2. §. f. ff. h. vel Indirectè*, quando is, qui pro Patrono ſe gerit, ad probandam libertinitatem Provocatur ex *Leg. Diffamari. C. d. ingen. manum. j. dicta. p. 93.*

Tit. 14. Ne de Statu Defunctorum poſt Quinquennium quæratur.

Temporis, ob odium ſervitutis definitum eſſe Quinquennium, quo elapſo de conditione defuncti in partem deteriorem non amplius quærere, ſed exceptione præſcriptionis uti, licet. *l. 1. pr. §. 4. ff. h.* Ad cujus Præſcriptionis Imitationem *ex Diplomate ad Magiſtratum* aliudve munus publicum *admiſſum* quieta *poſſeſſione quinquennii ſe tueri poſſe*, cùm ejus conditio vocatur in dubium, *affirmat*, idque obſervari contendit Perez. *in C. t. Ubi cauſ. Stat. n. 6.* Verùm, quando controvertitur, utrum quis libertus an ingenuus ſit, præſentem quinquennii præſcriptionem non eſſe attendendam apparet ex *l. f. C. ubi Cauſ. Stat.* Unde *poſt Quinquennium quoque* eum, qui pro ſpurio habitus eſt, ſe legitimum & naturalem filium eſſe, item *Plebejis accenſitum Nobilitatis jura rectè deducere*, idemque attendi, oſtendit Perez. *c. l.*

Tit. 15. De Colluſione detegenda.

Pœnæ Colluſionis, quod Dominus cum Servo, vel Patronus cum Liberto colludens, ut ille liber hic ingenuus per ſententiam declaretur, jus ſuum amittit, idque colluſionem detegenti, qui Dominus vel Patronus conſtituitur, cedit. *l. 1. ff. h. j. l. 8. §. 1. ff. d. in jus voc.*

Anſam præbet conſiderandi homines proprios. v. pag. ſeq.